



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

208. An in dimissione habitus propriae reigionis detur parvitas materiae?
Ex p. 5. t. 5. r. 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

tudinem Carthusianorum eos simpliciter obligare, ita ut non possint etiam in articulo mortis vel carnibus, quia scilicet spectat ad magnum & publicum illius Religionis spirituale bonum, vt cum tanto rigore illa obseruantia viget; potest autem lex humana ob commune bonum, quando opus est, obligare etiam cum dispendio vite. Faretur autem non peccare Medicum, aut alium ministrum, qui Carthusiano aegrotanti & infirmo præberet cibos aliquos ex carnibus. Sed sententia Sanchez, videlicet posse in tali casu Carthusianos edere carnes, sed non teneri, docet etiam Lorca in p. 2. disp. 2. 3. de legib. cum Montefino disp. 2. 3. q. 10. & alii, quibus nouissimè adde Duuallium in p. 2. D. Tho. sr. de leg. q. 5. art. 4. vide etiam circa presentem questionem Baldellum in Theol. mor. l. 5. disp. 26. n. 15. Azorip. 1. lib. 5. c. 6. q. 7. Salas de legibus disp. 1. 1. tit. 2. & alios penes ipsos.

RESOL. CCVI.

Quidam Regularis propter astum ad capiendum somnū dormiebat sine tunica lancea, qua erat habitus sue Religionis, quæsiuit, an peccauerit mortaliter? Et quis est dicendum, si Fratres Minores, & obseruantes vterentur camisis lineis? Et an Religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandū, peccat mortaliter non solum contra temperantiā, sed etiam se exuendo habitu, quamuis Apostata non sit? Ex parte 5. tractat. 14. & Misc. 2. Resolutione 72.

§ 1. SVpradictum Regularem non incurrisse in excommunicationem latam in cap. vt periculis, ne Cleric. vel Mon. in 6. ego ipse docui in 3. part. tract. 2. resol. 1. 1. 5. Difficultas est an peccauerit mortaliter? Et affirmatiuam sententiam docet Graffius tom. 1. lib. 3. cap. 5. n. 75. vbi sic ait. Qui in cella dimittit habitum suum, vel cum iacet in lecto gestat habitum sine patientiam, licet pœna excommunicationis non ligetur, peccat tamen mortaliter. ita ille, qui citat Franc. in c. ne Cler. vel Mon. n. 5. Confirmatur hæc opinio ex c. v. idua 20 q. 2. vbi ex Concilio Toletano sic habetur. Tunc accepta à Sacerdote, vel Ministro apta Religionis professioni veste, seu in lectulo quiescens, siue in quocumque loco existens, constanter ea vtatur, & idem ex Concilio Carthaginensi IV. Can. 11. habetur in cap. sanctimonialis, dist. 23.

2. Sed his non obstantibus de hoc casu interrogatus negatiuè respondi, certum enim existimo ex vi iuris communis non esse in tali casu obligationem sub peccato mortali, quia neque in citatis decretis pro contraria sententia adsunt verba obligantia ad peccatum mortale, nam in cap. v. idua solum dicitur, constanter ea vtatur, in alio verò, qualibus semper vsura est, quæ non sunt verba rigorosè præceptiua, vt per se constat, nec communi vsu & consuetudine ita sunt interpretata. Igitur debitū, quod habet Regularis vtēdi sēper suo habitu, est honestatis, non necessitatis; solum ergo ex aliqua circūstātia extrinseca, vel ex præcepto regulæ & consuetudinis ad hoc obligantis potest in tali casu adesse peccatum mortale, aliās non. Et hæc omnia docet Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 5. n. 18 Sanctarellus de Apostas. cap. 1. dub. vn. n. 5. & post hæc scripta vidi amicissimum Lezanam in suis eruditis qq. Regul. c. 13. n. 7 quibus adde Fabrū de restit. in 4. sem. dist. 15. q. 2. disp. 45. c. 4. num. 88. vbi tractat hanc questionem quoad Fratres Minores Conuentuales & Obseruantes, & firmat, dormiētes sine habitu non peccare mortaliter, & idem etiam docet, si diēcti Fratres vterentur camisis lineis, putat enim in tali casu nō peccare.

3. Notandum est hīc obiter docuisse Nauarrum in consil. de Apostas. Religiosum qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccare mortaliter, non solum contra temperantiā, sed etiam se exuendo habitu, quamuis apostata non sit; sed fallitur bonus senex, vt rectè obseruat Suarez vbi supra, & patet ex dictis. Vnde in prædicto casu non erit, per se loquendo, duplex malitia mortalis, vna fornicationis, altera, vt aiebat Nauarrus, spoliationis habitus, nisi fortasse ex speciali aliqua regula talis prohibitio cum eo rigore facta sit.

Sup. hoc lege doctrinam Resolutionū not. præteritæ.

RESOL. CCVII.

Aliqui casus, in quibus Religiosi dimittentes habitum suæ Religionis non incidunt in censuras, c. vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi, in 6. Et an Religiosus iniuste grauat a Prælato fugiens ad Prælatum Superiorem possit dimittere habitum, donec tuto accedat ad Prælatum Superiorem? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 115.

§ 1. NON est Apostata, nec incurrit in dictam excommunicationem Religiosus, qui habitum non desert in cubiculo suo, vel in loco alio secreto; vt melius studeat, quiescat, dormiat &c. nec etiam, qui ex leuitate quadam habitum dimittit, vt melius currat, saltet, ludat, &c. Imò ego puro neque Religiosum incurrit in dictam excommunicationem, si habitum dimittat, vt eat ad lupanar ad fornicandum, vel vt secretò furetur, statim habitum iterum sumpturus, etsi habitum alium ad se fecerit occultandum eo breui spatio assumat. Et hæc omnia docent & probant Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. in sum. tom. 2. l. 6. c. 8. n. 57. quibus ego addo Antonium Sanctarellum tr. 2. de Apostas. c. 1. n. 5. 6. & 7. quidquid asserat Portel. in dnb. Reg. ver. Habitus n. 4. Hieronym. Rodriq. in cōpen. qq. Reg. ref. 71. n. 6. Suar. in 5. p. 10. 3. disp. 23. sect. 4. n. 51. Bañez in 2. 2. q. 12. art. 2. concl. 2. & alij afferentes Religiosum ob turpem causam deponentem habitum in excommunicationem incurrit.

Sup. casibus contentis in hac Ref. lege in præterita Ref. & doctrinam duarum Ref. sequentium.

2. Non desinam tamen hīc adnotare pulchrum casum, qui sæpius potest occurrere, & ponit Laurentius Portel in addit. ad dnb. Reg. ver. Habitus n. 3. vbi sic ait. Religiosus iniuste grauat notabiliter à Prælato, maius adhuc timens grauamen, nec habens aliud remedium, fugit ad Prælatum superiorem longè distantem, ita vt in ista fuga nullo modo peccet, nec venialiter, vt suppono (quod fieri posse multi dicunt) in hac tamen fuga, & longo itinere, certò moraliter scit, se fore detegendum, & comprehendendum ab inferiori iniuste grauante, si potest habitum Religionis propter custodes in viis adhibitos. In quo casu puro posse prædictum cum supradictis circumstantiis habitum dimittere, donec tuto accedat ad prælatum ad quem appellat; quia portare habitum Ordinis est præceptum humanum; at præceptum humanum non obligat cum tanto periculo fame, carceris, & iniusti grauaminis sperati certò moraliter, ergo, &c. Ita Portel. vbi supra, & ego.

RESOL. CCVIII.

An in dimissione habitus propriæ Religionis detur paruitas materia? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 61.

§ 1. SVppono ex cap. 2. ne Clerici vel Monachi in 6. Sexcommunicari Religiosos professos Religionis suæ habitum temerè dimittentes, & ad questionem respondet affirmatiuè Emanuel Sa. Ser. excommunicatio n. 9. Azor. 10. 1. lib. 12. c. 13. q. 5. cas. 16. Toletus

Sup. hoc in R. seq. 6. Sed quares. sed lege eam per lib. 4.

totam, & do lib. 4. cap. 18. num. 4. Syluester *ver. excommunicatio 9. casu*
 Arinam dua- 24. n. 3. notab. 3. & alij asserentes Religiosos non in-
 rum præce- cedere hanc excommunicationem si dimittunt habi-
 dentium Ref. bitum ad breue tempus, & Sanchez in *summa tom. 2.*
lib. 6. c. 8. n. 54. putat breue tempus esse spatium vnius
 horæ, & in tali casu docet Religiosum non incurere
 excommunicationem, etiamsi dimittat habitum non
 solum ex causa tulpi, vt gratia fornicandi maiori vo-
 lupatate, aut clam aliquid furandi, sed etiam vt inco-
 gnitus adeat ad lupanar, &c. quod etiam ex parte do-
 cet Sanctarellus *tract. de Apostasia, cap. 1. dub. vnic. n. 7.*
 Azorius *vbi supra*, & Syluester cum alijs, quia etfi
 dimissio illa momentanea ex malitia alterius speciei
 illi adiunctæ sit grauis, at in ratione dimissionis tem-
 peraria, quæ sola subicitur huic censuræ, censetur
 leuis, nec nomine dimissionis, moraliter loquendo, sed
 cuiusdam spoliationis digna; licet contrarium docue-
 rit Suarez in 3. p. tom. 5. disp. 23. sect. 4. n. 31. Bañez in
 2. 2. q. 12. art. 2. dub. 2. concl. 2. & alij, quando dimittitur
 habitus eo breui spatio causa diuagandi & eundi in-
 cognitus ad lupanar, quia grauitas huius delicti non
 est pensanda ex temporis duratione; sed ipsa habitus
 dimissio est per se res grauis, & sufficiens ad pecca-
 tum mortale, quod peccatum est huic legi contra-
 rium, & materia huius censuræ. Sed prima opinio est
 satis probabilis in omnibus supradictis casibus.

RESOL. CCLX.

*An Religiosi dimittentes habitum ad aliquam honestam
 representationem faciendam in Monasterio inter ipsos,
 peccent venialiter, etiam si coram secularibus represen-
 tent in Monasterio?*

*Etiamsque in textu huius Resolutionis alij diuersi casus
 discutuntur circa dimissionem habitus Regularis.
 Et etiam queritur, an si Patres Societatis IESV dimit-
 tant habitum, incidant in penas à iure relatas? Ex
 p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 5.*

Ad magis elucidandam doctrinam huius Resol. ge tres præcedentes Ref.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docuit Peyrinus de *Relig. sub. tom. 2. q. 1. c. 26. §. 1. n. 1.* Sed postea in *commentarijs Asceticis ad Reg. Minim. c. 3. §. 5. q. 2. n. 3.* se retractauit: sic enim asserit: [Nota, quod accedente causa rationabili, licet Habitum dimittere: cause autem rationabiles sunt, ad vitandum periculum vitæ, vel scandalum infidelium, vt in c. *Deus qui, de vita, & honest. Cler.* seu etiam causa iocose leuitatis ad ludum aliquem exercendum, ad piscandum, vel ad scindenda ligna, vel ad fabricandum panem, vt exemplificat Trullus; seu, vt exemplificat Sylu. *verb. Habitus, q. 2. n. 3. & verb. Excom. q. n. 53.* in honesta recreatione, vt si Minimus Habitum Dominicanum indueret, &c. Vnde videntur excusari etiam à veniali Religiosi Habitum histronum induentes ad aliquam honestam representationem faciendam semel in anno, quicquid dixerim, *loc. cit. subd.* quia non videtur, neque leuis dimissio, quæ sit honestæ recreationis causa, cum dictæ recreationes actus virtutis eutrapeliæ sint: & ita videntur sentire Syluester *verb. Habitus, n. 3.* & Passarellus in *notab. priuileg. c. 34. verb. De dimittentibus Habitum.*] Ita Peyrinus.

Super hoc in fra in tr. 5. c. doctrina Ref. 6 §. 1 signanter in fine.

2. Sed magis cautè loquitur in hac questione Pater Lezana in *Summa q. Regular. tom. 1. c. 13. n. 5.* ait enim, quod [dimittere Religiosum suum Habitum, etiam in Monasterio, & indui veste fœminea propter ludum larturum, vel aliquam Comœdiam faciendam, quidam dicunt esse peccatum mortale. Si tamen fiat ob honestam recreationem, eutrapeliæ, vel alium honestum finem debituque penfatis circumstantiis, quantum est ex se, & sua natura, non erit peccatum; saltem mortale: licet semper sit periculosum, propter infirmitatem, & corruptionem naturæ.] Sic ille Et de hac materia vide Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 33. n. 15.* & Pellizzarium *tr. de Monial. c. 7. n. 44. & 45.* qui videntur docere, supradictos Religiosos peccare venialiter.

3. Verum, quia hic incidit sermo de dimissione Habitibus regularis; quero an, si illum dimittant Patres Societatis Iesu, incidant in penas à iure latas, in cap. 2. *Periculosa, ne Clerici vel Monachis in 6.* sit negatiua sententiam tenet Pellizzarius in *Man Reg. 10. 1. n. 3. c. 7. sect. 1. n. 8.* vbi obseruat, quod cum præfatum cap. 2. loquatur de Professis dimittentibus Habitum suæ Religionis, quasi supponens, Religionem illà habere peculiarem Habitum, per quem à reliquis discernatur, & Societas Iesu non habeat proprium Habitum, sed vtatur Habitu communi accommodato vni Patrie, in qua existit, vt constat ex eius Constitutionibus p. 6. c. 2. §. 15. per consequens Religiosi Societatis, non videntur subiaci dictæ censuræ, si dimisso Habitu Religioso sine iusta causa induant sæculares, (quod si sit de peccato, quod committunt in tali dimissione;) adeoque in cap. illo 2. non comprehenduntur omnes omnino Religiosi; cum Professi Societatis sint verè Religiosi, & tamen in eo non comprehendantur. Ita Sanc. in terminis, n. 7. alij; docti viri è Societate contra Bonac. q. 2. de *clausp. 2. n. 24.* oppositum sustinent, ex eo, quod Religiosi Societatis, sicut ratione status Religiosi gaudent priuilegijs Regularium, sic debent subiacere oneribus eorundem; quasi verò non possit quis sui commodis alicuius Communis, etiam non feruatis omnia onera illius; præterquam quod Religiosi Societatis subfunt alijs multis oneribus status Religionis, obseruatiæ suæ Regulæ, &c. Ratio nostræ responsionis est, quod in penis non est facienda extensio, neque obligatio, neque maioritè rationis. Ideoque lex penalitatis debet explicari iuxta proprietatè verborum quibus exprimitur, illam non extendendo à casu expresso ad non expressum; hinc cum in c. 2. citata excommunicatio feratur contra temerè dimittentes Habitum suæ Religionis, & ea, seruata verborum proprietate, non possit extendi ad dimittentes Habitum, qui non sit suæ Religionis; sequitur, illam non extendi ad Religiosos Societatis, vt pote non habentes peculiarem Habitum, qui dici possit suæ Religionis.

4. Sed mihi magis placet opinio affirmatiua, quæ tenet ex eadem Societate Iesu Pater Castr. Palaus *in 3. n. 1. c. 2. disp. 4. punct. 6. n. 2.* putat enim in dicto c. 2. *Periculosa.* Religiosos Societatis comprehendere: quia esto non habeant Habitum vnicum, & specialem, quo in omni loco vti debeant, tenentur tamen vti Habitu honesto Clericorū illius regionis; ergo, si hunc dimittunt, & seculari veste induuntur, proprium Habitum suæ Religionis dimittunt Aliàs, si sub dicto Decreto Societatis Religiosi non comprehenduntur, non committunt per se vilà culpā temerè Habitū deponentes, & sæculares induentes, cum iure naturali Habitibus Religiosi dimissio, si sit firmo proposito non retrocedendi ab statu, prohibita non sit. Quod certè durum est, & vagandi materiæ satis apta præbet, & licet textus loquatur de Professis, id fecit gratia frequentioris vsus: & quia eo tempore nullus erat Religiosus à Nouitijs distinctus, qui tacite, vel expresse professus non esset. Et id ob ex his omnibus vtramque sententiã probabilè esse potest.

5. Quæro secundo, an, si quis retento Habitu Religionis propriæ sæculares induat, vt sic incognitus incidat, incidat in penas, Affirmat Sanchez in *Summa, n. 2. lib. 6. c. 8. n. 63.* Quia illa occultatio, licet non sit materialis Habitibus dimissio, est vera, & formalis: siquidem ea facta tollitur ab Habitu esse signum cognoscitiuū Religiosi status, ad quem significandum ille Habitus materialis assumitur. Aliàs si retento interius habitu, eoque occultato, possit excommunicationem dimittentibus Habitum impositam fugere, facile legem prohibentem dimissionem eluderet. Ergo, &c.

6. Sed Pater Suarez de *Relig. 10. 4. tract. 8. lib. 1. c. 5. n. 12. & de cens. disp. 23. sect. 4. n. 33. & 34. Sayr. de cens. lib. 6. c. 33. n. 9. & 10.* cū alijs negatiuè sententiæ adhibet. Et ratio est: quia in c. 2. n. 6. quilibet occultatio vagantè prohibetur.